Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in his facit euangelice lectionis uerbis. passionem. resurrectionem suam.
et ascensionem. ut qui de temporali ei mortem turbandi essent.
audita resurrectionis et ascensionis ei gla. haberent unde eso
lari possent. Recte autem ait. modicum et iam non uidebitis me. ab
illa enim hora. ultima uidet cena sua. qua hec ei de discipulis suis
locutus est. modicum erat tempus. quod eum non uidere inceperunt. tentus
enim noctem illa a iudeis. et in crastinum crucifixus. mortuus et se
pultus. tex. sublatus est aspectus. Sed et iterum modicum et uidetis
eum. quando die tertia resurrexit. et per dies quadraginta. quibus
in hoc mundo post resurrectionem suam mansit. quando et quibus
uoluit. eis apparuit. Quod autem adiunxit. ita uado ad patrem.
per hoc predixit eis mirabile sacramentum ascensionis suae. qua ex
pleta dispensatione mortalitatis. in assumpta humanitate. cum
luce regnaturus erat cum patre in celis. Quia uero ipsi. utpote car
nales adhuc et infirmi nichil horum intelligere poterant. sub
iunxit adhuc et ait. Amen amen dico uobis. quia plorabitis et
flebitis uos. mundus autem gaudebit. uos autem contristabimini
sed tristicia uestra uertetur in gaudium. Plorabant quidem et flebant
dolore mestimabili. quando cum que per omni mundo diligebant.
pater que solum. nullum in hoc mundo gaudium uel letitiam habebat.
nec habere uolebant. comprehendi. iugiter flagellari. et ad ultimum
crucifigi. mori. et sepeliri cernebant. mundus autem gaudebat.
quia perfidi iudei. qui mundum plusquam dum amauerit. in morte
eius letati sunt. quia memoriam eius pariter cum urbe se extinxisse pu
tauerunt. Sed tristicia amantis xpi uersa est in gaudium. quia quia
moriente eo miserabili dolore afflicti et contristati sunt agni
ta ei resurrectione. uisa excellentissima ei ascensione. mediocriter
in gaudio repleti sunt. testante beato Luca euangelista qui ait. Et ipsi
adorantes regressi sunt in iherlm cum gaudio magno. et erant semper
in templo laudantes et benedicentes dnm. His breuiter perstrictis.